UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 4. Montes septem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Visual Library

NVM. 4. *Montes ſeptem.*

PALATINVS, de cuius origine magnæ lites.
CAPITOLINVS, antea Tarpeius: *le Capitole*: vbi templum Iouis, & Arx Tarpeia; à capite humano hîc inuento nomen habet.
CÆLIVS, & Querquetulanus à ſyluâ Querneâ: *S. Iean de Latran.*
ESQVILINVS, ab excubiis dictus: *de Saincte Marie aux Neges.*
QVIRINALIS, *Monte Cauallo*, à duobus equis quos gigantes tenent opera Phidiæ & Praxitelis.
VIMINALIS, quibuſdam confuſus cum Eſquilino, ſic dictus à Ioue Viminco cuius hîc ſylua.
AVENTINVS, olim & Romurius dictus, quia hîc vidit augurium Romulus: nunc *de Saincte Sabine.*

Extra vrbem.
- IANICVLVS: nunc *Montorio.*
- VATICANVS, ſic dictus quòd hîc poſitus populus Ro. *Vatum* reſponſo, pulſis Etruſcis, vt Feſtus; vel vt Gellius à Deo qui vagitibus præerat: hodie *le Vatican.*

NVM. 2. *De Portis vrbis Romæ.*

CI-TRA TI-BE-
- PORTA FLVMENTANA, ſic dicta à vicino Tiberi, olim ſita prope *campum Floræ*, ſed Aureliano includente campum Martium tranſlata eſt, & exinde dicta FLAMINIA à viâ quæ ex hac portâ exiſtit: hodie *del popolo.*
- COLLATINA, ab vrbe Collatiâ Sabinorum nomen habet, mutata etiam ab Aureliano, & dicta PINCIANA à nobili æde Pincianorum vicinâ.
- AGONENSIS, quia Agonia non procul celebrabantur, dicta & QVIRINALIS à colle vicino, vel ab æde vicina Romuli, ac demum SALARIA, quia per hanc ſal ad Sabinos deferebatur: hodie nomen retinet *Salaria*: per hanc Galli in vrbem irruperunt.
- VIMINALIS, à colle vbi ſylua viminum, & ara Iouis Vimini: hodie *S. Agnetis*, ab æde vicinâ.
- GABINA, ſeu GABIVSA, ab vrbe Gabiis, poſtea TIBVRTINA, ab vrbe Tibure: hodie *S. Laurentij.*
- ESQVILINA, ad quam ſumebatur de fontibus ſuppli-